

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

104. An si per ignorantiam, vel simplicitatem quis expressit causam falsam, & dispensatio variis modis potest cessare. Primo per renunciationem, &c. Ex p. 8. tr. 3. res. 69.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

4. Prior pars constat, quoniam error in causa si-
nali impedit voluntarium ad concessionem gratiae
substantialem requiritum: ergo reddit illam inuali-
dam. Consequens pater. Antecedens probatur:
nam omnis gratia concessio requirit liberam Princi-
piam voluntatem, cum sit donum ab ipsis voluntate
etiam littera pendens: ergo ubi illa deest, deest sub-
stantiale principium, a quo illa pendet. Posterior
probat: nam expressio faciliter tantum impel-
lens, non tollit voluntarium ad concessionem gra-
tiae substantialem requiritum, nam hoc est tantum
illud, finis quo gratia simpliciter concessa non fu-
set, et at fine expressione falsi tantum impellentis con-
cessa fuisset gratia simpliciter, licet non cum ea facili-
tere, ut supponitur; ergo non impedit substantia-
le principium, ex quo dispensationis concessio
pendet.

5. Ceterum fundamentum opposita sententia
intelligendum est, quod preces nisi debant veritate
cum dimitxerat, ex quibus concessio gratiae substi-
tutientem penderit, cuiusmodi non est causa meritis impelli-
ens, sine qua adhuc concessa fuisset gratia. Et ita
potest sententia tenet Henricus lib. 12. de ma-
trimoniis, c. 3. num. 7. Sanchez lib. 8. disp. 2. num. 32.
Contrauersis lib. 1. variar. c. 20. n. 5. Ochagavia de
sacramentis. Matrimon. tract. 4. 9. 9. num. 6. doctus &
amiculus Domini meus Merlinus conrou. for.
cap. 34. 4. quibus ego addo nouissime P. Magistrum
Tereda in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 3. §. 2.
conrou. 14. 4. Nec obstat, ait ipse, cap. Populafsi, de
rescripsi. ubi haberunt quodam confutus Pontificis de
quodam Clerico, qui obtinuit quoddam beneficium,
tacendo le habere viciatam perpetuam, respondit im-
peracionem beneficij esse nullam, gratiamque ei
concessam fuisse subreptitam: ex qua responsum
Pontificis sic potest argumentum deduci: sed causa
illata fuit solum impulsus: ergo ex taciturnitate
eius reditur subreptitia dispensatio. Respondeo
fusse ibi tacitam causam finalem, qua si à Pontifice
sciretur, non concederet gratiam illam, taciturnitas
enim illa viciat perpetua fuit causa finalis conce-
dendi beneficium: nam si Pontifex sciret Clericum
illam habere, non concederet gratiam. bene-
ficij, sic docet Dec. super prae dictum, cap. nota 11.

6. Nec defraude hic apponere verba Portet in re-
fus. moral. tom. 1. cap. 49. n. 5. ubi sic ait. Si ve-
rum taceatur, vel falsum exprimitur in una tantum
parte recipitur, vitiat, & irritum reddit rescriptum
quoad eam partem, in qua est subreptio, non verò
quoad reliquias partes recipitur. Quod vitiet, & irritet
quod illam partem, in qua est subreptio, ab omni-
bus conceditur, quia tunc quoad illam partem preces
non intituntur veritate. Quod non reddit inuidium
quoad alias partes, ratio est, tum quia vnde non de-
cepit perit, ut habeat regula iuris in 6. Tum
qua rescriptum penderit voluntate concedentis: sed
concedens voluntate concedere, & concessis rescriptis, ne-
que indicauit nelle reliquias rescripti ex parte valere,
quando subreptio non fuit causa finalis: ergo rescrip-
tum validum est, quoad illas partes, in quibus non
contingit subreptio; & hoc in terminis determinatur
in capitulo litera de rescriptis. Hoc tamen limi-
tandum esse doceat, dummodo partes in quibus non
contingit subreptio. Nam si separabiles non
sunt, sed finis accessoria, rescriptum corrumpit nam ac-
cessum corrut destruere principali. Hinc colligit
Bonistica, quod si quis in uno rescripto obtinuit di-
spensationem in voto casitatis, & peregrinationis ad
limina Apostolorum, narrata falsa causa in uno vo-
to, poterit vti dispensatione uno quoad aliud votum in

quo non contigit subreptio, quia unum votum
istorum non est accessorium, & dependens ab alio.
Sic ille.

7. Ex his deducitur non vitiare dispensationem ex
falsa causa expressione, quando ea vere expressa fa-
silior esse dispensatio: vt si imperfata beneficia,
narrat id esse curatum, vel dignitatem, cum tamen
sit simplex, aut officium. Quod intelligendum est,
quando, causa demonstrationis, ea qualitas adiungit
tur, secus si causa taxationis. Sic docent Panormitanus
in cap. significante, num. 6. & seq. de rescript. ubi
Felinus num. 30. l. 1. vers. V literis tangit. Rebuffos
cap. nulla, artic. 2. post 4. conclus. vers. Noterie, de
concess. probanda Staphil. de liter. grat. ubi de forma
& modo impetrandi, tit. Praterea est dare dignita-
tem, num. 4. & seq. Sylva verb. Rescriptum, quiesc. 3.
Courru allegata Rotae decisione lib. 1. variar. cap.
ultim. n. 6. Gutier. question. Canon. lib. 1. cap. 15.
num. 8. & 8. Sanchez lib. 8. de matrimonio, disp. 2. 1.
n. 3. Quod si petas quando censeatur causa demon-
strationis, & quando taxationis qualitas adiecta, vide
Sanchez ubi supra, cui ego addo Merollam tom. 2.
disp. 4. c. 6. n. 37.

RESOL. CIV.

An si per ignorantiam, vel simplicitatem quis expre-
fit causam falsam, & dispensatus fuit, validè con-
traverit. Et notetur, quod dispensatio variis modis potest ces-
sare. Primo per renunciationem, &c. Ex part. 8.
tr. 6. Ref 69.

§. 1. **V**T, si v.g. per ignorantiam, aut simplicitatem Sup. hoc iste
allegasti defectum dotis, cum tamen vere frā in fine
non fuerit, & Ordinarius facta informatione decla- §. 1. Ref. 124.
ratuit defectum dotis existere, & sic dispensavit, & ex
haec declaratione, & dispensatione concessa ad contra-
hendum matrimonium processisti, videris validè con-
trahere, neque posse tale matrimonium oppugnari, ex
cap. cū inter, de sentene, & re indic. cap. es, qui ap-
pellauit, si vero, 2. quiesc. 6. Et ita hanc sententiam do-
cet Basilius Pontius de Matrimon. l. 8. c. 16. n. 5. &
facit doctrina Felini, & Socini in superiori resolu-
tione allata.

2. Verum contrariam sententiam tenet Castrus
Palauis tom. 1. tract. 5. disp. 6. punct. 16. §. 5. n. 4. quia
tale rescriptum, vt pote in falsa causa fundatum, nullum
est, neque ignorantia prodesse potest ad valorem
ipius, sed solum ad excusandum impetrantem, a cul-
pa commissa, & videtur expresse decidi, cap. super
literis, de rescript. ubi aquæ de taciturnitate verita-
tis, ac de expressione falsitatis, quando contingit
circa totum rescriptum, dicitur nullum esse, etiam si
per ignorantiam, & simplicitatem factum sit. Si
verò (inquit texus) per huiusmodi falsitatis expres-
sionem, vel suppressionem etiam veritatis literæ
fuerint impetrata, qua tacita, vel expresa, nos nullas
literas dedissemus, a delegato non est aliquatenus
procedendum.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod dispen-
satio variis modis potest cessare, ac primò per renun-
ciationem, & quidem, vniuersè loquendo, certum
est dispensationem renunciatione cessare, ex cap. ad
Apostolicam de regulari, hanc nonnulli distinguunt in
expressam & tacitam; illa voluntatem & verba re-
quirit; & haec renunciatione retractari non poterit, ubi
semel renunciationis notitia peruenierit ad dispen-
sationem.

4. Tacita renunciationis usus non ita solitus est,
v.g. cum facto aliquo inducatur renunciandi volun-
tas:

Sop. conten-
to in hoc, &
seq. §. lego
supra doctri-
nam. Ref. 9. 5.
& si placet
etiam alia
eius prima,
& secundæ
not.

Quæ hæc est
infra Ref.
167. signan-
ter in eius §.
vt.

tas: ut si quis diploma quo concessa illi fuit dispensatio laceret, aut comburat: hoc, inquam, non sufficit ad revocationem dispensationis, nisi cum hoc signo externo addint, tum voluntas renunciandi, tum acceptatio facta a dispensante: nam ante hanc acceptationem potest imperans semper revocare suam remuntiandi voluntatem. Similiter imperatio secunda dispensationis, non est iusta revocatio tacita; nec sufficiens signum renunciationis, nisi forte secunda dispensatio repugnet priori.

RESOL. CV.

Quid operatur in dispensationibus clausula Motu proprio, quando adest viuum subrepigia. Ex part. 8. tr. 3. Ref. 70.

Sep. hoc suprā in Ref. 101. §. Dico
iūit.

S. 1. *Sic distinguit ex Sanchez Pater Amicus tom. 5. disp. 6. scđt. 8. n. 153. si subreptionis vi- tium sit in expressione causa falsae finalis, illud per clausulam, *Motu proprio*, non suppletur. Suppletur autem, si sit per suppressionem causa finalis. Ratio discriminis est: quoniam motus proprius non firmat gratiam contra concedentis intentionem. Sed quando dispensatio est subreptitia expressionis falsi finaliter mouentis ad dispensationem concedendam, dispensatio est contra intentionem concedentis, siquidem falsitate declarata, eam non concessisset: ergo motus proprius non potest eam firmare. Potest autem motus proprius firmare dispensationem, quae positivè non sit contra intentionem concedentis. Sed quando dispensatio est subreptitia suppressione tan- tum, & taciturnitate causæ finalis, non est positivè contra intentionem concedentis: quia ignorata causa finalis, non potuit dispensator positivam intentionem habere negandi dispensationem; quia cùm hic sit actus voluntatis, non potest exerceti circa obiectum per ignorantiam occultum. Ex his infertur, per clausulam, *Motu proprio*, non validari dispensationem, si sit, contra ius tertii, nec tollere à persona inhabilitatem, & taceatur.*

2. *Sed non deferam hīc apponete ea, quæ docet Portel in respons. moral. tom. 2. cas. 49. num. 7. vbi sic ait. Dubium est, an si in narratiua detur viuum tacendo veritatem, vel exprimendo falsitatem, & nihilominus Papa in dispensatione dicat, se dispensare ex motu proprio: per talen clausulam, *Motu proprio*, suppletur viuum subreptionis, & inuiditatis positivæ in narratiua: Respondet Bonacina n. 21, cum Suarez ibi citato, distinguendo. Nam vel Papa concedit hanc dispensationem motu proprio, absque petitione, vel narratione petentis, sed ex mera liberalitate: vel illam concedit ex prævia petitione, & informatione petentis. Si concedit primo modo, dispensatio, seu primulegium valent, etiamsi à parte rei subsist impedimentum. Ratio est, quia cùm Princeps concedit ex mera liberalitate, non ex causa sibi falsa narrata, vel veritate tacita, cùm priuilegiarius non loquatur, nec aliquid operetur, nisi acceptando gratiam, censetur Princeps tollere liberaliter omne im- pedimentum obstauis, per illam clausulam, *Motu proprio*. Et sic habetur in cap. si motu proprio, de pra- bend. in 6. Si vero Papa concedat dispensationem cum clausula, *Ex motu proprio*, præcedente petitio- ne, vel informatione petentis, & in informatione tacetur veritas, vel narratur falsitas, tunc illa clausula *Ex motu proprio*, non supplet illum defectum, & proinde dispensatio est nulla. Probatut principaliter: quia in cap. 2. de rescriptis, dicitur, quod in rescriptis semper intelligitur apposta clausula, si preces verita- te nituntur. Hic autem preces non nituntur veritate.*

Tum, quia imperatio beneficij non explicata eius qualitate, non valet etiamsi fiat motu proprio, vt docet Panormitanus cap. ad aures, de rescriptis, n. 5. & alij. Ita Portel.

RESOL. CVI.

An si dispensatus ex falso nomine in rescripto appo- sito intelligat personam sibi notam, vivetur dis- pensatio. Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 35.

S. 1. *N*egatiuam sententiam docet Sanch. de ma-
tri. lib. 8. disp. 21. n. 38. putat enim in hoc fra-
casu validam esse dispensationem, nec hunc errorum obstat, si constaret, eodem modo concedendam dis-
penstationem Petro incognito, si expressus esset, ac
conceditur Ioanni ciui noto, & familiari. Mouetur,
quia in his Princeps non debet spectare, quis est sibi
propositus, sed quis verè dispensatio petuit, &
indiger: sicuti administrator sacramentorum, ex-
cepto matrim. non spectat, quis sit cui est administra-
dum sacramentum, sed suam mentem dirigit ad eum,
qui sibi est præfens.

2. *Sed his non obstantibus adhæreo sententia af-
firmatiæ, quam tuetur Petr. a S. Ioseph, in idea
Theol. moral. lib. 1. c. 11. refol. 5. vbi ait: Notandum sup. hoc
dispensationem vivere quando erratur circa nomen
personæ, pro qua dispensatio petitur, quia scilicet di. Ref. 108.
penatio petitur pro tali persona, eique confertur, sed
quidquid sit de illius nomine. Confirmatur, nam
ex communii Iuristarum sententia, valet legatum, seq. 5.
etsi testator in nomine legatarii errauerit, modo de
fum pro
persona confert.*

3. *Excipe, nisi dispensans ex falso nomine propo-
sito, intelligat personam aliquam sibi notam: tunc
enim dispensatio valere nequit, cum dispensans non
intendat eam concedere persona, pro qua petitur, sed
alteri. Nec dicas Sacram validè conferri eti minister
erret in persona recipientis: hoc enim verum est,
quando intendit Sacram. conferre persona præsenti,
quæcumque sit, in dicto autem casu legislator non
dirigit intentionem ad eum, in cuius gratiam dispen-
satio petitur, sed ad aliud sibi notum, quare dispen-
satio tunc valere nequit. Ita ille, & ante illum Caius
Palatus tom. 1. tr. 3. disp. 6. pun. 6. §. 2. num. 8. Con-
firmatur haec opinio præter rationem adductam, ex
§. 5. quia in nomine Institut. de legatis, vbi error no-
minis, aut pronominis legatarij non obstat legato,
notanter appetitur, quando alia de persona constat,
qua tunc est error accidentalis: at in presenti cau-
non constat de persona, cui petitur dispensatio, &
ratio facit, vt proflus intelligatur distinctio. Ergo Se-
cundu confumo ex capite significante, de rescrip-
tis, vbi rescriptum datum contra Vicarium Remensis
Dioecesis, cum tamen fuerit Leodiensis, iurium
decernitur, quia non constabat aliunde de per-
sona, contra quam erat rescriptum imperatum sed
in casu nostro, de persona cui petitur dispensatio,
non constat, imò potius intelligitur dari omnino di-
stincta. Ergo.*

4. *Nota tamen sententiam negatiuam quam tue-
tur Sanch. approbare etiam P. Amicum tom. 5. de insti-
tut. disp. 6. scđt. 8. n. 141. eo quod in gratia concedendis
præsumitur Princeps si aliunde contrarium non con-
flet, attendere ad merita causa, propter quæ gratia
petitur, cuiuscumque tandem persona sint merita,
propter quæ gratia petitur. Et ideo utramque senten-
tiam puto probabilem esse.*

RESOL.